Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26134
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Qualiter sponsa recipit interim magnam consolationem de contemplatione diuine claritatis, antequam peruenias ad eius speciem futuram

XXXXj

Collum tuum sicut monilia. Solet ornari collum monilibus non ipsis comparari. Sed hoc ille faciant. quibus quia de propo non inest decor. aliunde necesse est ut mendicent unde se speciosas mentiantur. Nam sponse collum ita insemet ipso formosum et tam decenter quasi natura formatum est. ut extrinsecus non requiratur ornatum. Quid enim opus est peregrinos fucos adhibere colori cui propria et tam qua innata sufficit pulchritudo. intantum ut ipsa quoque ad ornandum queruntur monilium possit adequare nitore. Hoc nempe intellegi uoluit qui minime quidem a collo ut assolet pendere monilia. sed ipsum potest esse sicut monilia dici. Nec iam inuocandus est nobis spes sed ut sicut spales sponse genas sua dignatione tributi inuenire. ita et iam ipsi spuale collum demonstrare dignetur. et meo quidem intellectui quia mi incumbit loqui que sentio. nichil interim ueri similius probabilius ue elucet. quam ipsum animae intellectum collum nomine designari. Tu quoque idem ut arbitror approbabis. si aduertas similitudinis rationem. An non siquidem et uidetur collum quidam uice fungi intellectus. per quem tua anima traicit in se spiritualia alimenta. atque inquietam infundit uisceribus morum actuumque suorum. Hoc igitur sponse collum. i. purus et simplex intellectus cum nuda et apta ueritate satis per se ipsum reniteat. non indiget ornamento. sed ipsum magis tanquam preciosum monile animam decentem exornat. ac per inde simile monilibus ipsis describitur. Bonum monile uitas. bonum puritas. siue simplicitas. bonum plane monile sapere ad sobrietatem. Philosophorum et hereticorum intellectus non habet hunc in se puritatis ueritatisque nitorem. et ideo multam curam gerunt. ipsum colorare et fucare faleris uibrare et uersutis sillogismis. ne si nudus appareat. falsi et iam appareat turpitudo. Sequitur. Murenulas aureas faciemus tibi. uermiculatas argento. Si facta singulariter. et non pluraliter faciem duxisset. absolute et indubitanter etiam hoc loqui sponsum pronunciassem. Nec autem uide ne forte magis sodalibus eius congruentur assignemus. sponsam quasi consolantibus tali promissione quousque donec peueniat adulsionem cui desiderio sic flagrat. futuri sint